

iis, quæ à Nobis præsentis hujus Constitutionis tenore statuuntur, ac præcipiuntur, eorum Superioribus tam Provincialibus, quam Generalibus, in virtute sanctæ obedientiæ expresse mandamus, ut homines hujusmodi contumaces, perditos, ac refractarios à Missionibus absque ulla mora dimoveant, eosque in Europam statim revocent, ac de illis notitiam Nobis exhibeant, ut reos pro gravitate criminis punire valeamus. Quod si prædicti Superiores Provinciales, aut Generales huic nostro præcepto minus obtemperaverint, aut in eo defides fuerint, Nos contra ipsos quoque procedere non recusabimus, atque inter cætera mittendi aliquem ex ipsorum Ordine in eorum Regionum Missiones privilegio, seu facultate, eos perpetuo privabimus.

§. 27. Postremo, ut hæc nostra Constitutio in suo robore semper integra, ac firma maneat, volumus quoque, ut ad formulam juramenti à Clemente Papa XI. in sua Constitutione præscripta nonnulla adjiciantur, quæ maxime necessaria putavimus. Idcirco omnes, qui præfatæ Constitutionis vigore, sub penis in ea contentis, juramentum præstare debent, in posterum sequenti Formulæ utentur, videlicet: „ Ego N. Missionarius ad Sinas, „ vel ad Regnum N. vel ad Provinciam N. à Sede „ Apostolica, vel à Superioribus meis, juxta facultates eis à Sede Apostolica concessas, missus, vel „ destinatus, Præcepto, ac Mandato Apostolico sub „ per Ritibus ac Cæremoniis Sinenfibus in Constitutione Clementis Papæ XI. hac de re edita, qua „ præsentis juramenti formulæ præscripta est, contento, ac mihi per integram ejusdem Constitutionis lecturam apprime noto, plene, ac fideliter parebo, illudque exacte, absolute, ac inviolabiliter observabo, & absque ulla tergiversatione adimplebo, atque pro virili enitar, ut à Christianis Sinenfibus, quorum spirituales directionem quoquomodo me habere contigerit, similis obedientiæ eidem præstetur. Ac insuper, quantum in me est, nunquam patiar, ut Ritus, & Cæremoniæ Sinenfes in Litteris Pastoralibus Patriarchæ Alexandrini Macai datis die 4. Novembris 1727. permittæ, ac à Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XIV. damnatæ, ab eisdem Christianis ad praxim deducantur. Si autem (quod Deus avertat) quoquomodo contravererim, toties quoties id evenerit, penis per prædictas Constitutiones impostis me subjectum agnosco, & declaro. Ita, tactis Sacrosanctis Evangelis, promitto, voveo, & juro: Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Ego N. nam propria.

§. 28. Confidimus igitur fore, ut Princeps Patrum Jesus Christus laboribus à Nobis, qui ejus vi-

ces in terris gerimus, in hoc gravissimo negotio diu impensis benedicat, ut in amplissimis illis Regionibus Evangelica lux clare, nitideque effulgeat, ac præpotenti manu sua sic pia nostra consilia promoveat, ut Regionum earundem Pastores intelligant, planeque sibi persuadeant obligationem, qua ipsi tenentur vocem nostram audire, & sequi. Confidimus quoque, Deo favente, ex eorum cordibus inanem illum metum sublaturum iri, ne videlicet per exactam Pontificiorum Decretorum observantiam, infidelium conversio retardetur. Nam hæc à divina gratia sperari potissimum debet: quæ quidem ab eorum ministerio longe non aberit, si Christianæ Religionis veritatem impavide prædicaverint, atque ea puritate, qua ipsis ab Apostolica hac Sancta Sede tradita est, parati quoque ad eam propugnandam sanguinem effundere, exemplo Sanctiorum Apostolorum, aliorumque Christianæ Fidei clarissimorum propugnatorum, quorum sanguis tantum absuit, ut Evangelii cursum interciperet, aut retardaret, ut potius Vineam Domini florentem magis, & fidelium animarum copiosiore efficeret. Nos quidem pro viribus nostris Deum obsecrabimus, ut invictam illis hanc animi firmitatem, & Apostolici zeli robur concedat. Verum ad eorum memoriam deducimus, ut, quando ad Sacras Missiones destinantur, se tanquam veros Jesu Christi discipulos cogitent, & ab eodem se missos fuisse, non ad gaudia temporalia, sed ad magna certamina, non ad honores, sed ad despectiones, non ad otium, sed ad labores, non ad requiem, sed ad afferendum fructum multum in patientia.

§. 29. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus Litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 30. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis, revocationis, rescissionis, abolitionis, cassationis, annullationis, damnationis, ac ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, quinto Idus Julii, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus nostri anno secundo. P. Card. Pro-Datarius. D. Cardinalis Passioneus. Vifa de Curia. N. Antonellus, J. B. Eugenius. Loco ✕ Plumbi. Registrata in Secretaria Brevium. Public. die 9. Augusti ejusdem anni.

FINIS.

IN ALIQUOT PONTIFICIAS CONSTITUTIONES IN ANTIQUIS EDITIONIBUS COMPREHENSAS, & in alias recentissimas in hac ultima de novo editas ad Moralem Theologiam spectantes, INDEX.

CIRCA RELIGIONEM.

CIRCA DOCTRINÆ CHRISTIANÆ institutionem.

DE Doctrina Christiana Populis tradenda, pag. 1.

CIRCA IMMUNITATEM localem.

Constitutio Benedicti Papæ XIII. Qua Litteræ Apostolicæ Gregorii XIV. excipientes quædam delicta circa Ecclesiasticam Immunitatem locorum Sacrorum, nonnulla insuper opportune præscribendo, confirmantur, & ampliuntur, pag. 4.

Alia Constitutio Benedicti Papæ XIV. pag. 8.

CIRCA SIMONIAM, BENEFICIA, & Pensiones.

Prohibentur cessiones commodi exigendi fructus Beneficiorum, pag. 13.

Prohibentur, & annullantur Resignationes Beneficiorum cum Reservatione Pensionis, & pacto eam cassandi, pag. 15.

Occurrit abusus in expeditione Resignationum Beneficiorum inductis, pag. 17.

De Residentia Episcoporum, pag. 20.
De Concurfu, & Examine ad Ecclesiarum Parochialium collationem, pag. 27.

CIRCA MONIALIUM Confessarios, tum de Clausura Monasteriorum utriusque sexus, ac Regularium Professione, & Ordinatione.

Super designatione Confessoriorum extraordinariorum pro Monialibus, pag. 33.

De Monialium Clausura restauranda in Portugallia, & Algarbiorum Regnis, pag. 40.

De Clausura Monialium, & facultatibus ingrediendi, & egrediendi à Monasteriis, pag. 41.

De Clausura Monialium, & admissione Familiarum in Monasteria, pag. 43.

De Clausura Monasteriorum Virorum Regularium, pag. 44.

De Ordine servando in causis super nullitate Professionis Regularis, pag. 47.

De Regularibus ab Episcopo Diocesano Ordinandis, pag. 54.

CIRCA SANCTIFICATIONEM dierum festorum.

Indultum vacandi operibus servilibus, pro quibusdam Diocæsis, pag. 59.

CIRCA DUELLUM.

Prohibitio quinque Propositionum circa Duellorum abusum, innovatis adversus Duellantes legibus, & penis, pag. 60.

CIRCA DOMINIUM,
& furtum.

Libertati, & indemnitati Indorum providetur, in Ditionibus Americanis Regis Portugalliae, pag. 63.

Pœna contra surripientes, aut apud se retinentes sacras Hostias, vel Particulas consecratas, pag. 65.

CIRCA INJUSTOS
contractus.

De Usuris, aliisque injustis quæstibus, pag. 67.

CIRCA PRÆCEPTUM
audiendi Missam.

De celebratione Missarum in Oratoriis privatis, pag. 70.

De tollendis abusibus ab Oratoriis privatis in domibus Laicorum. Epistola Encyclica ad Primatem, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniae, pag. 71.

Decretum felicitis recordationis Clementis Papa XI. circa celebrationem in Oratoriis privatis emanatum 15. Decembris 1703. pag. 79.

CIRCA PRÆCEPTUM
jejunandi, & abstinendi à
carnibus.

De Jejunii disciplina conservanda, vel redintegranda, pag. 80.

De non transerendo Jejunio Vigiliæ S. Mathiæ Apostoli, occurrentis ultima carnisprivii die, pag. 86.

Permittitur esus Carnium, in Castellæ, Legionis, & Indiarum Regnis, pag. 89.

CIRCA RITUS IN SACRAMENTORUM
adminiftratione.CIRCA SACRAMENTUM
Pœnitentiæ.

Declaratio Indultorum eligendi Confessarium approbatum, pag. 90.

Pœnæ in non promotos ad Presbyteratus Ordinem Missam celebrantes, aut Confessiones expicientes, pag. 94.

Epistola Encyclica ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, Locorum Ordinarios, pag. 96.

Nec suffragatur criminis confessio in primo interrogatorio, ad evadendam pœnam traditionis brachio sæculari, pag. 100.

CIRCA INDULGENTIAS,
& Jubilæum.

Indulgentiæ pro recitantibus quinquies flexis genibus Orationem Dominicam, & Anglicam, singulis Feriis sextis, pag. 101.

Indulgentia pro docentibus, & addiscentibus Orationem Mentalem, ipsamve exercentibus, pag. 102.

Ampliatum Episcopis facultas impertiendi, etiam per ipsorum Subdelegatos, Benedictionem cum Indulgentia Plenaria Fidelibus in mortis articulo constitutis, pag. 103.

CIRCA MATRIMONIUM.

Causarum Matrimonialium judicia coram quibus, quo ordine, & forma peragenda, pag. 109.

Matrimonia occulta quibus, & quomodo permittenda, celebranda, & in actis describenda, prolesque educanda, pag. 113.

De Dispensatione Matrimoniorum, causis veraciter exponendis, & omnino verificandis, pag. 116.

CIRCA CONFESSARIOS
solicitanes, vel complicum nomina
exquirentes.

Innovantur pœnæ adversus Confessarios ad turpia sollicitantes, cum præcepto eos denunciandi, pag. 117.

Declaratio superioris Constitutionis, pag. 120.

De-

CIRCA EUCHARISTIAM,
& Missam, hujusque celebrationem,
applicationem, atque stipen-
dium.

Ne ad compescendum incendium Sacra Pyxis cum Sanctissimo ex Ecclesia adferatur, pag. 132.

Indultum celebrandi tres Missas in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, pro Hispaniarum, & Portugalliae Regnis, pag. 140.

De applicatione Missæ Parochialis pro Populo, Conventualis vero pro Benefactoribus Ecclesiæ, ac de Psalmodiæ cantu, pag. 146.

Mercimonia super Missarum elemosynis vetantur sub Censuris Summo Pontifici reservatis, pag. 151.

CIRCA MISSIONARIOS.

De Ritibus, seu Cæremoniis Sinesibus, pag. 153.

Decretum adversus Sacerdotes ad turpia sollicitantes, vel Missæ Sacrificio abutentes ad fortilegia, pag. 121.

Ne Confessarii à Pœnitentibus complicum nomina exquirant, pœnis statutis in delinquentes, cum præfinitione ordinis in ipsos procedendi, pagina 122.

Confirmatio, & ampliatio superiorum Litterarum, pag. 125.

Tribunali S. Inquisitionis, in Portugallia, & Algarbiorum Regnis, adjudicatur cognitio causarum contra Confessarios exquirentes à Pœnitentibus complicum nomina cum denegatione abfolutionis, pag. 127.

CIRCA CLERICALEM
dignitatem.

Interdicitur Clericis, vel sub alieno Laici nomine, qualibet negotiatio, pag. 130.

L A U S D E O.

